

83

AUCTORIS
GRATIARVM ACTIO,
SS. SALVATORI
M V N D I,

IN PAGO NIVENHEIM
GLORIOSO, MIRACVLOSO,

SIBI CORDE, ET HEREDITATE

VICINO,

Pro liberatione Patriæ, & sui Salus.

SALVATOR MUNDI, Cœli Moderator
I E S U,

Vna salus lapsis, fontibus una salus.

Quid tribuam tibi pro cunctis, quæ Tu tri-
buidisti?

Ecce, mihi famulo crimine composito!
Iob famulo testante tuo, tenâque marique
Vita hominis Bellum est, & sine fine ma-
ner.

Hinc Tu iuste Deus, si vis peccata flagellis

Punire, inducis bella parata tuis,

Nunc tua cū cessat manus, exorate, Ministros

Per-

AUCTORIS GRAT. ACTIO.

Percutens, virtus, sit Tibi laus, & Honor.
Dextera contrivit Robur, tua gloria vires
Hostiles, patriæ florida gaudet humus,
Quas grates referā, per tot discrimina, casus,
Quod me salvasti de bonitate tua?
Tu mihi millenis iuvenili ætate periclis
Exposito præsens Numine Tutor eras.
Sæpè intentatum repulisti fortiter ictum,
Dum binæ ardebam Palladis arma sequi:
Hinc affigo Tibi IESU SALVATOR in Arrhā
Obsequii, binum Martis & Artis opus.
Cor tamen in primis tibi dedico, suscipe tale
In gratæ mentis Symbolon: esto memor.
Qui mihi VICTIVS nunc ex Hærede, pioq;
Cordis ab affectu cerneris, esto memor.
Esto mei in Regno, Iesu spes nostra, tuorum
Esto memor, nostræ Stella salutis, ades,
Protege Protector, salva SALVATOR IESU,
Protege me famulum, protege plasma
tuum;
Meque fac Hæredem Patriæ cœlestis, ut inter
Angelicas mentes Te sine fine fruam.

